www.e-rara.ch

Synopsis plantarum fossilium

Unger, Franz

Lipsiae, 1845

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 29545

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-68565

Praefatio.

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

PRAEFATIO.

Plantarum fossilium, postquam primum illarum censum Adolphus Brongniartus egit, non solum numerus in immensum auctus fuit, sed etiam praeclaris tot Palaeontologorum connatibus factum est, ut ex adinventis recens speciminibus, et per acutiorem investigationis modum, tutiorem in definiendis istis mundi primigenii reliquiis nacti simus methodum, et systema in recensendis formis magis naturale. — Species per quatuor haec lustra ubivis terrarum efossas, et a plurimis autoribus propositas, datave occasione in diversissimis libris descriptas, nemo in unum cogere suscepit, opus tamen in tanta ferragine, quae in dies augetur, vix diutius sine scientiae discrimine desiderandum. Nam quis sine omnium, quae hucusque inventa fuerunt conspectu methodico vel in determinandis fragminibus tute procedere, vel in earum dispositione proficere poterit? Ejusmodi igitur conspectum, quo ipso saepe cum meo damno et summo virium et temporis dispendío carui, plantarum fossilium synopsim botanicis propono,

additis ordinum et generum naturalium characteribus, specierum synonymis, et amplissima stratorum et locorum, in quibus singulae repertae fuerunt indicatione. — A specierum autem, ut vocant diagnosi prudens abstinui, bene sciens, in re auctorum dissensu et speciminum perfectiorum penuria saepe admodum dubia, ad icones unice esse confugiendum, sine quarum adminiculo plantarum species fossiles vix tute recognosci expertus fateor.

A novis fere abstinui, ne gravi synonymiae onus novo augerem pondere, alias etiam persuasus, in ista quoque rei herbariae regione novum brevi aedificium fore construendum, cum tam egregii scientiae progressus hanc etiam provinciam, sine cujus adminiculo, nec anatomiam nec physiologiam tractamus, nec systema et historiam plantarum colimus, nostrae scientiae penitus vindicent, ita ut non sit desperandum, ut ipsa etiam florae primigeniae leipsana e tristi lithophylaciorum ergastulo in musea botanica olim transferantur, quemadmodum animalium exuviae fossiles prudenter in theatris zoologicis reponuntur.

Graecii Calendis Januarii **1845.**

Fr. Unger.